



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

97. Salaria caussarum agitatarum coram Ordinario, an ab exemptis coram
eodem ordinario exigi possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XCVI.

Non posse, videtur quoniam privilegium concedi, aut donari non potest rei que non est, *cap. Abbate sanè de re iud. in 6.* E contra verò concedi posse, ita tamen ut valeat, ut ex tunc, non verò ex nunc verior est opinio, & doctorum distinctio *Abb. cap. ad audientiam 2. n. 4. & 5. de Eccles. adific.* Ita traditum est, quod ecclesiæ nondum constructæ, sed construendæ legari possit. *Abb. d. num. 1. DD. ibi laudati, & quod exemptio absentis & ignorantis etiam acquiritur, qua de re distinctius alibi, supra lib. 1. q. 7. n. 7. lib. 2. q. 15. lib. 3. quest. 6.*

QVÆSTIO XCVII.

Salaria causarum agitarum coram ordinario an ab exemptis coram eodem ordinario exigi possint.

Ubitationem movet Innocentij quarti constitutio, in *cap. 1. §. nec etiam ubi glos. verb. in causis de foro compet. in 6.* Diversa est enim petitio Salarij ab actione principali, unde videtur, quod in petitione Salarij Actor forum Rei sequi debeat, h. *Actor C. de probat.*

Quare consulit Peckius *d. §. nec etiam prudenter facturos* advocatos procuratores, notarios fidem clientis exteri, suspectam habentes, si in loco iudicii pro solutione Salarij cautionibus, vel alio modo adversus hanc difficultatem sibi prospiciant. Salaria enim, inquit, in Curia Archiepiscopali Mechliniensi promerita exigi non possunt in eadem Curia a subditis Suffraganei, aut alterius diocesis, per vulgaram regulam, quod Actor forum Rei sequatur, quod ipsum ab Analogia & proportionis fori clericorum exemptorumque hac in exemptionis materia videtur respondendum, *arg. supradictorum lib. 1. q. 45. n. 8.*

At verò decisioni huic repugnant, quæ de causa continentia & ex Concilio Tridentino, superius allata sunt, *lib. 2. qu. 45. n. 106.* Posterioremque hanc censuram Leonensis Curia praxis, quæ lucerna juris est, *Rubusius l. urbs in princip. ff. de verb. signif. & quotidianus iudicandi usus, observavit.*